



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetii, 1650

Inquisitionis sanctae Officium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

dulgentia plenaria, non datur ab Episcopo Indulgentia ab eo dari solita; ceterum. Ambrosianum.

Constitutio Pij V. Prou.3.
V. Irregularitas nn.71.72.

Inquisitionis Sanctæ officium.

- 1 Constituat Episcopus Congregacionem Theologorum, & Iuristarum vñà cum Inquisitore. Prouinc.5.
- 2 Secretum, silentiumque indicatur ijsdem, dato iuramento, vt neque nutu significant, proposita latæ sententiæ excommunicatione. *ibid.*
- 3 Notarij idem prætent iuramentum de secreto; custodes carceris, & alij ministri. *ibid.*
- 4 Causarum acta, nec aliud quidquam ad causas attinens; typis edatur. *ibid.*
- 5 Procurator, Aduocatusque dari debet, qui fidei professionem emiserit, & qui omni labore caruerit, suspicioneue hæresis *ibid. V. Fidei Professio. num.27.*
- 6 Detur facultas in scriptis & cum iuramento de legitima tantum defensione facienda. *ibid.*
- 7 Qui Inquisitorem, Aduocatum, aliosq; ministros Sancti officij, aut denunciatorem, accusatorem, aut testem in causa fidei præter resecerit, occiderit, verberarit, deieccerit eo ipse est excommunicatus, resuata absolutione Papæ Pius V. *Conf. 83. Anno 1569.*
- 8 Item ille qui eiusdem Sancti officij ædes, aut ministrorum, aliasuè res expugnauerit, inuaserit, incenderit, aut libros, litteras, scripta combusserit, diripuerit, interuerterit, asportarit, idem *ibid.*
- 9 Item ille qui ad hæc consilium, auxilium, fauorem præstiterit. *ibid.*
- 10 Et qui delinquentibus contra officium S. Inquisitionis veniam petere, aut pro illis intercedere tentauerit *ibid.*
- 11 Et qui in carcerem, seu custodiā etiā priuatam effregerit, vinculum extraxerit, seu emiserit, capiendum prohibuerit, captumue eiipuerit, receperit, oculuerit, seu facultatem fugiendi dedecrit, etiam si effectus. non sequatur *ibid.*
- 12 Aliæ pœnæ ibidem infliguntur grauissimæ. *ibid.*
- 13 Promulganda est aliquando prædicta Barth. Gallant. Mass.

ADDITIO.

- 1 Episcopus terminare potest sine interuentu Inquisitoris, causas superstitionis, incantationum, veneficiorum; & blasphemiarum, nisi sapient manifesta hæresim. *Congreg. S. Off. 2. Dec. 1602. apud F. Leon. in Thes. Fort. Eccl. tit. de sortileg.*
- 2 Omnia gratis in hoc genere expediantur. *ead. 5. Jan. 1601.*

Interdictum.

- 1 Potest Episcopus ponere Interdictū contra subditos suos, non debet tamen interdicere clericos, aut eorum Ecclesiæ perpetuo, vel ad longum tempus nisi de consensu Capituli. *Sylvest. V. Interd. 3. quæst. 3.*
- 2 Propter delictum domini vel Capituli, vel alicuius communitatis. *ibid. quæst. 5.*
- 3 Et quando officiales laici nolunt remittere clericum ad Curiam Ecclesiasticam. *Ausert de pot. Ind. E. cl. supra laic. numer. 8.*
- 4 Non pro debito pecuniario, nisi contraria adsit consuetudo, cui standum erit. *Syl. loco cit.*
- 5 Subiacet interdicto ipso facto omnis locus in quo Ecclesiastici compelluntur ad soluenda pedagia, guidagia, vel alia per se, aut per alium de rebus suis, quas non deserunt causa negociandi. *Syl. Interd. 4. quæst. 1. Tertiò.*
- 6 Item Ciuitas, quæ committit aliquid in Episcopum suum, vt capiatur, persecutatur, banniatur. *ibid. Quarto.*
- 7 Item quando in aliquo loco detinetur Episcopus inuitus *ibid. Sexto.*
- 8 Item quando dominus loci impedit ne Legatus, aut Nuncius Papæ possit exequi officium suum. *ibid. Septimo.*
- 9 Non potest Episcopus suspendere Interdictum pro festiuitate, missa noua, &c. Negant, Armant DD. apud Barbos. *allegat. 38. num. 5.*
- 10 Tempore Interdicti quotidie possunt missæ, & officia diuina celebrari, submissa voce, ianuis clavis, non pulsatis

H. cam-

